



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Modestia Canisij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

ni. Proposui consilia, quæ ad Catholicam religionem conseruandam, & promouendam non parum habent momenti in hoc rerum Germanicarum statu. Illi vero non modò humaniter, sed etiam reuerenter exceperunt omnia. In hac peregrinatione sum sæpè latine concionatus, ac sæpius etiam germanice. Hyemis, & viarum incommoda nobis non defuerunt, sed à grauioribus periculis liberauit nos Deus, & amicos subinde fauentes dedit, vt etiam Sectarij nos nõ grauatim audirent, cum rationem fidei Catholica redderemus. Peto interim veniã à summã bonitate, & Paternitate tua, quod bene gerenda rei occasione non diligentè quaesierim, & presentem non felicius obseruauerim, neq; vel mihi, vel aliis, vt par erat, inseruierim, cum in hoc peregrinandi genere sim hætenus nihil versatus: quam ob rem libenter amplectar quamcumq; mihi pœnitentiam adiunget Reuerenda P. tua, quæ diuinam misericordiam mihi magis ac magis conciltare dignetur. Moguntia 28. Ianuarii.

Modestia Ca.
niiij.

In hoc excursu illud præter cetera obseruauit & scripsit in Urbem, ex vsu religionis fore, vt Episcopis, qui vicinos haberent, magisq; infestos Hæreticos, darentur etiam num viuus Coadiutores,

Hæreticos Episcopatus inuadunt: Unde religionis existim.